

tenebræ, & animi obscuritas? Mariacomparatur Luna, si Luna salubres influxus nobis denegat, quid superest, nisi ariditas & operum sterilitas? Maria comparatur Stella maris, si stella hæc in cometa degeneret, quid superest, nisi tempestas horrida, naufragia, & interitus? &c.

90. Succurrit morientibus.

Nobilis quidam ex Alfiata potius curiositas, quam devotionis causa in Sacellum Eremiticum B.V. in Helvetia peregrinatur: rogat ibi Virgineam pro felici morte; in reditu a latronibus vulneratur, & decapitatur, nihilominus tandiu vivit, donec praterenti Sacerdoti confessionem suam fuit, & Sacrum Viaticum sumpsit. Lucian. p. 2. conc. 78. n. 7.

Matrona, Nomine Victoria, cum in igne suspenfa a tyranno ureretur, & ab ipso marito & filiis ad cultum idolorum invitaretur, a latere vidit sibi adesse pulcherrimam Virgineam, a quo omnes illius dolores mitigabantur. E. Verbo Affectus n. 13.

Juventus in Brabantia ob triplex peccatum damnandus erat, nisi ope B. V. ad se fuisset revocatus, & confessionem fecisset. E. Verbo Bona injussa n. 3.

Beatissima Dei Mater feminam, quæ a juventute peccatum subtraxit, ad vitam pro confessione faciendâ revocavit; quia illa illius patrocinium quotidie invocavit. E. Verbo Confessio n. 3.

Pientissimus Monachus, cui in extrema ægitudine de non insultans ex grandi libro sua peccata prolegerat, fere desperantem B. V. consolatur, & JESUM Filium suum offendit, qui abstulit peccata mundi. E. Maria n. 38.

S. Andreas de Chio Trapezuntii per aliquot dies crudeli martyrio excarnificatus, invocat Beatissimam, & sanper sanitatem, ac lenimentum dolorum recipit. H. Ser. 3. fol. 28.

Carolus Suecia Dacem, S. Birgitta Filium, in iudicio contra demones defendit, & ejus animam sub tutelam suam recepit. Juvenis agonizans, ad se rediens, edixit, in iudicio perditam fuisse suam salutem: Venit enim iam traheretur deorsum, Misericordiat Matrem clamasse: Quo vos istam abripitis? Quid vobis cum illo, qui tot annos mihi in sodalicio meo servavit? H. Ser. 4. n. 37. & fol. 147.

B. Reginaldo, socio S. Dominici in ultimo morbo luserant fratres, ut Sacramento extreme unctionis se communi-

Mirre. Plat. de Bono Re. fig. l. 2.

curaret. Reposuit ille: Sacramentum non respuo, sed nec potestatem diaboli formido; quia B. V. invisibili quodam oleo me perunxit, & ad certamen confortavit. H. Ser. 14. in fine.

Cæsius de B. V. ait: Diligentes se diligit, contemnentem se, quia iusta est, punit & humiliat, & morientibus assistit, & mortuorum animas ad vitam perducit æternam. H. Ser. 28. fol. 277.

Beatissima Virgo B. Reginaldum ad extremam luctum oleo inungit. Juveni Carthusiano cum Prole Divina apparons nuntiat, dimissa illi esse peccata. Feminam, quæ peccatum in confessione reticuit, reviviscere fecit, ad supplendam confessionem. Carolus Suecia Dacem, S. Birgitta filium, contra demones defendit. H. Ser. 30. fol. 308. seq.

S. Andrea Corsino sacrificanti in nocte navitatis Domini apparet, & illum admonet, quod post duodecim dies, nempe in Festo Epiphaniæ Domini esset mortuus. Barry 6. Jan.

91. Compefcit vim tentatoris.

Sicut initio statim, invidia diaboli mors intravit in mundum: Ita hanc invidiam maxime exerceat in morte hominis, quia ab hac pendet æternitas. Verum B. V. comteret caput ejus; sicut mulier Abimelech caput lapide fregit, sicut Judith Holofernem decapitavit, sicut Eithera Amant prodicioni se opposuit. H. Ser. 30. fol. 293. seq.

S. Ambrosius: Nonita timent hostes visibiles aciem ordinatam, sicut demones Dei Matrem. Et Bernardus: Sicut filii cera a facie ignis, sic demones ad invocationem Nominis Mariæ. H. Ser. 30. fol. 299. seq.

Sicut obfisione cincti gaudent, si audiant sibi contra hostem suppetias ferri: ita moribundus gaudet, si recordetur Mariæ, a qua contra demones auxilium sperat. H. Ser. 30. f. 303.

Quantum latantur muta tenebrosâ tempestate jactati, si dispulsis nubibus de novo stellam Mariæ videant! Maria Stella maris est morientibus. H. Ser. 30. f. 303.

Urbs Ragula B. V. grata est, quod ejus auxilio a venenoso dracone cum tota vicinia liberata sit. H. 2. l. 112. Roganda Virgo, ut ab infernali dracone nos liberet.

Cum Bethulia urbs ab hostili exercitu obfideretur, generosissima Judith in castra hostium egressa, Holofernem militis æncipem in ipso suo tentorio, sopore & vino sepalum, capite truncavit, sicque

Cæsius lib. 7. tit. 2. c. 1.

cap. 11.

S. Ambrosius. S. Bernardus. S. Hieronymus.

VIRTUTES BEATISSIMÆ VIRGINIS.

93. Est exemplar omnium Virtutum.

Omnes artifices solent aliquod prototypum suorum artefactorum formare, sic pictor, architectus, aurifaber, compositor ideas, ad quas artificium suum conferunt. Deus ipse Moysi monstravit ideam Tabernaculi construendi: Inspice, & fac secundum exemplar. Patrem in modum Deum exemplar daturus Virtutis ac Sanctitatis, creavit Mariam, tanquam prototypum omnis perfectionis &c. Calamat. Ser. 6. f. 88. Sicut ergo tale prototypum omnes perfectiones continet, quæ in cætyo reperitur; ita in Maria omnes perfectiones sunt omnium Virtutum: Sit vobis tanquam in imagine descripta Virginitas, vitæque Beata Mariæ, in qua velut in speculo resulget species castitatis, & forma veritatis, ait S. Ambrosius.

Et S. Laurentius Justinianus vocat Mariam, Pudicitie ornamentum, Virginitatis gloriam, humilitatis formam, exemplar continentie, sapientie thronum, Magistrum Virtutum &c. Calamat. Ser. 6. fol. 90. col. 2.

S. Ignatius Martyr, Discipulus S. Joannis Evangelistæ, testatur, sibi recessisse Mariam Salome de Maria Matre JESU, quod omnium gratiarum habuerit abundantiam: in tribulationibus & persecutionibus eam fuisse hilarem, in penurii & indigentia non querulam, in penurii & indigentia non querulam, in injuriis gratam, molestiam lætari, miseris & afflictiis consolari &c. Calamat. Ser. 6. fol. 90. col. 2.

S. Ignatius Martyr, Discipulus S. Joannis Evangelistæ, testatur, sibi recessisse Mariam Salome de Maria Matre JESU, quod omnium gratiarum habuerit abundantiam: in tribulationibus & persecutionibus eam fuisse hilarem, in penurii & indigentia non querulam, in injuriis gratam, molestiam lætari, miseris & afflictiis consolari &c. Calamat. Ser. 6. fol. 90. col. 2.

Veræ amicitia lex est, ut amicus omnino tempore diligat, & præsertim in angustiis suam fidem comprobet. Hanc legem Maria præ omnibus aliis observat; animabus in gratia decedentibus succurrit in penis. Quæ Mater post se filium in clipeo ardentem inveni, & illi non succurrere; sic & Maria suis devotis succurrit; quia ut ait S. Augustinus: Non amat & deserit. Hinc purgantes anime invocant continuo auxilium Divinæ Matris: Ad Mariam respiciunt, qui degunt in purgatorio, ut liberentur, ait Cardinalis Hugo. Calamat. Mar. Disc. 5. fol. 70.

Castitas, Virginitas.

94. B. V. merito dicitur Regina Virginum.

Sicut Sol crystallum, aut Stellas non obscurat, sed lucidiores facit: ita, ait Petrus Chycol. In partu tuo crevit pudor, aucta est castitas, integritas roborata. Genæ tua sicut fragmen mali puncti: malum punicum rubicundum, & Rex fructuum, quia coronam gerit. Ita B. V. merito coronam gerit inter Virgines. M. conc. 25. aff. 2. n. 2. 3.

Maria prima fuit quæ votum Virginitatis emisit: Prima omnium feminarum Deo Virginitatem obtulit, ait S. Ildephonus.

que patriam ab interitu liberavit. O Christiana anima, cum ab infernali inimico molestissimis tentacionibus infestaris, confuge ad Mariam, cui tanquam filia Eye, Divino consilio data est potestas conterendi caput serpentis: Ipsa conteret caput tuum! Experieris auxilium! credit enim Cardinalis Hugo: Ad ejus memoriam demones contremiscunt, & eam omnino sustinere non possunt &c.

Patrocinium B. V. erga animas purgantes.

92. Liberat animas purgantes.

Ego in fluctibus maris ambulavi: Per fluctus maris purgatorium intelligitur: hinc Bernardinus Senenf. Beata Virgo in purgatorio dominium tenet, propterea inquit: Ego in fluctibus maris ambulavi. M. conc. 32. aff. 3. n. 9. Et Calamat. Mar. fol. 70.

Confratres suarum confraternitatum primo post obitum Sabbato liberat & flammis. M. conc. 39. aff. 2. n. 4.

Purgatorium est locus afflictionis, in quo majores sunt dolores, quam quidquid peccatorum potest in hoc mundo excogitari: Maria autem habet plenam jurisdictionem in purgatorio; hic cum S. Bonaventura debemus frequenter ad illam clamare:

Oramus te piissima Virgo, ut eis, quos in purgatorio examinat ignis, imperes refrigerium. Calamat. Mar. Disc. 5. fol. 69.

Veræ amicitia lex est, ut amicus omnino tempore diligat, & præsertim in angustiis suam fidem comprobet. Hanc legem Maria præ omnibus aliis observat; animabus in gratia decedentibus succurrit in penis. Quæ Mater post se filium in clipeo ardentem inveni, & illi non succurrere; sic & Maria suis devotis succurrit; quia ut ait S. Augustinus: Non amat & deserit. Hinc purgantes anime invocant continuo auxilium Divinæ Matris: Ad Mariam respiciunt, qui degunt in purgatorio, ut liberentur, ait Cardinalis Hugo. Calamat. Mar. Disc. 5. fol. 70.

Purgatorium comparatur mari: Maria autem Domina dicitur maris. Creditur in die suæ Assumptionis totum evacuasse purgatorium; præterea in die Nativitatis, & Resurrectionis Filii sui multas liberat animas. Calamat. Mar. Disc. 5. fol. 70. & seq.

S. Augustinus. S. Bernardus. S. Hieronymus.

Card. Hugo. S. Ildephonus.

Exat. 28.

S. Ambrosius. l. 3. de Virg.

S. Ildephonus. sum. 3. de Virg. c. 1.



fus: Videtur ad id alludere Ecclesia: Sola sine exemplo placuisti Domino nostro JESU Christo D. 1. 64. Calamat. Mar. Serm. 3. n. 10.

S. Bernardus exclamat: *Que vel Angelica puritas ipsius Virginitati valeat comparari, que digna fuit Spiritus Sancti sacrorum fieri, & habitaculum Filii Dei.* Calamat. Mar. Serm. 3. n. 10.

Causa autem immensa paritatis in B. V. duplex est, 1. Protectio & iugis assistentia Dei, que ita sensus ejus, mentemque regebat, ut prohiberet omnes illicitos concupiscentie motus etiam indeliberatos & primo primos. 2. Ardentissima ejus caritas, que ab ea omne frigus peccati dispersit &c. C. Prov. 31. v. 22.

Beatissima per suam Virginitatem meruit Materitatem Dei. Hac illibata Virginitas miraculis fuit probata: Cum B. Ildesofus Archiepiscopus Toleranus Virginitatem Mariæ edito libro contra Helvidianos propugnavit, in Festo Annuntiationis B. V. noctu in templo illi apparuit Despara, etique in gratiarum actionem caeleste premium promissit. S. Egidius ex Ord. Seraph. ter pulsans baculo terram, tria lilia prodigiose excitavit in testimonium illibate Virginitatis Mariæ. C. Ita. 7. v. 14.

95. *Dat suis cultoribus castitatem.*

Sandus Joannes Baptista cur tantus puritatis amator? quia a Virgine presente in visitatione hac virtute donatus fuit. M. conc. 11. aff. 2. n. 8. 9.

*Ego sicut Cedrus, ego sicut Myrrha ubi Bernardin. de Bultis: Ideo comparatur Myrrha, & Cedro B. V. quia sicut odor Myrrha fugat vermes, & odor Cedri fugat serpentes. Sic & odor sue Virginitatis de aliorum cordibus expellebat motus brutales. M. conc. 25. aff. 2. n. 10.*

Juvenis annulum a Sponso sibi datum Beatissima Virgini, tanquam pulchriori, donat, seque illi totum consecrat, acceptavit Beatissima annulum, ita ut eum iungo digito confringeret. Posthinc infidus juvenis matrimonium intravit, sed B. V. prima nocte illi compans fidem datam auctore vultu repetit. Evigilans illa & Sponsam & mundum deseruit. E. Maria num. 3.

S. VVilstanus Episcopus Vigorniensis in Anglia a femina ad turpitudinem provocatus, illam sonanti colapho repulit, inquit: *Ego summi Insuper, martis si-*

*Rayn. in Serm. de S. Maria. 10. Martii.*

*Rayn. de S. Maria. 10. Martii.*

*lia, vas Sathane! Idem facit S. Edmundus Episcopus Cantuariensis. Ec qua fortitudine? sine dubio per opem B. Virginis, cui castitatem voverant: nullum enim remedium contra carnis tentationes presentius, cultu & invocatione B. V. &c. C. in Prov. 7. v. 21.*

Ex conversatione induuntur alieni mores; hinc illud adagium, cum Sancto sanctus eris, & cum perverso perverseris. Cum ergo fidelis anima libenter convertatur cum Maria, illam invocat, illam imitari studet, eam in oculis & animo habet, non est mirum, quod thesaurum Marianæ puritatis participet, sicut ille, qui sub aurora ambulat, purissimum rore confpergitur! &c.

96. *Virginitatem in alios coronat.*

Cum duo famuli Dei itinerarent, unus in via obdormiit, alter vigilabat, & uterque tam ille in somno, quam iste in vigilia viderunt turbam sanctarum Virginum una cum Beatissima Dei Matre, quam ille audacter interrogabat, quod tenderent? & respondit Beatissima, se tendere ad Virginitem pauperculi morientem, ut ipsam coronet. Evigilante altero fratre & assistente, se omnia ista in somno vidisse, perreperunt in proximum locum, & in domo pauperule Virginis invenerunt comam chorum Virginum antea in via visum, Beatissima autem morientem coronavit & secum in calum duxit. E. Maria n. 1.

Beatissima Virgo Beatum Ildesofum Episc. Toleranum in premium Virginitatis & puritatis veste alba induit, in qua ille circumstantibus sanctis Calitibus sacrificavit. N. 18. Dar.

B. V. Alberico in choro cantanti candidam vestem asserit, quam dum illius imponit capiti, subito omnium Monachorum cuculli, antea nigri, candidum colorem induerunt. Bagata L. 1. c. 1. §. 6. n. 10.

Tempore diluvii emisit Noësum exarca corvum & columbam: corvus, quia in submersorum cadaveribus sufficiens sibi fabulum invenit, in arcam non rediit, rediit autem columba, ramum olive viridantibus foliis secum in ore portans. Qui Mariam, cuius typus vultu Area Noë, fugiunt, corvi sunt, qui mundo cadaveribus delectantur. Qui vero ad arcam hanc purissimam conflugunt, columbe innocentes sunt, que viridanti olive ramo, id est, tessera illibate castitatis olim a Beatissima Virgine coronabuntur &c.

97. *Manst incorrupta cum Materitate.*

*Rubus ardebat, & non comburebatur: Rubus est Virginitas Mariæ, quæ manst illata in conceptione & partu Divini Filii. Comparatur autem calitas rubo; quia per humilitatem & asperitatem conservari debet, nam in deliciis & superbia periclitatur. C. Exod. 3. vers. 2.*

S. Augustinus de Dei Genitrice sic loquitur: *Maria exultavit, & Matrem se esse latatur, quia de Spiritu Sancto concepit se gaudet: Nec quia peperit incepta terretur, sed quia genuit cum exaltatione miratur. Sicut radius solis pertransiens vitrum fenestras adeo illi non nocet, ut potius illustret: ita Purissimus Divini Filii partus ita transit corpus purissime Matris, ut illud non modo non læserit, sed caelesti puritate sanctificaverit.*

Sandus Joseph Divini Filii Nutritius, & Mariæ Sponsus, initio ubi illam gravidam adverteret, mille anxietatibus perturbatus, quid crederet, quid sentire deberet nescivit: sed ab Angelo mysterium edoctus, firmissima fide adoravit, de quo prius dubitavit: *Audiamus S. Chrysostrum! Joseph plus credidit castitati, quam utero intumescenti plus gratie, quam naturæ conceptioni! Nimirum S. Joseph quotidiana conversatione cohabitans Virgini, vidit vitam illius potius caelestem, quam terrenam, vidit adus vitærum sublimissimos, vidit castimoniam Angelis parem, vidit continuum & conjunctissimum unionem cum Deo, & jam, pergit S. Chrysostrum, Possibilis credebat mulierem sine Viro conspersa, quam Mariam supra peccare.*

*S. Chry. de Nativ. 10. Martii.*

Hæc sunt lupenda Supremi Numiosis Miracula, creato intellectu imperceptibilia, que continentur his duobus predicatis: *Deus Homo! Ec Virgo Mater: si enim immortalis Deus potuit, etiam fieri credat, illibatam castitatem conjungi potuisse cum Materitate! &c.*

Fides B. V.

98. *Tanta fuit, ut Apostolos & Predicatores infunderet.*

*Maria vocatur Luna, Apostoli Scellex, quia Maria Apostolorum Magistra facta est, ait Richard. M. conc. 3. 2. af. 3. n. 4. Sacra Virgo confilio, luce, doctrina, & mirabili quæ exemplo præfuit Apostolico Collegio. Scribit Lucius Dexter. M. Ibid.*

*Richard. a S. Leon. 8. 8. p. 2. M. conc. 3. 2. af. 3. n. 4. M. conc. 3. 2. af. 3. n. 4.*

Predicatoribus prohibuit scire, ne quidquam in via tollerent, nisi Virgam: *Maria Virga Jesse est, qui predicatorum innitit debent. M. lb. n. 5.*

*Virginitas presentia ita erigebat Apostolos, ut cum tot subirent labores, nullos se subiret. Novar. in 1. 4. ubi existimarent, inquit Novarinus. M. lb. n. 7.*

Beatissima Virgo doctrix, & instructorum erat Apostolorum. Corn. a Lap. in Cant. fol. 175. col. 2.

B. V. altissimum Dei et creaturatum habuit cognitionem, ita ut in his Adamum, Salomonem & Apostolos longesuperaret: imo docet S. Bonaventura in his Mariam etiam Angelis fuisse superiorem. Et S. Anselmus ait: *Licet Apostoli per revelationem Spiritus Sancti edocui famam omnem veritatem, incomparabiliter tamen eminentius ipsa per eundem Spiritum veritatis profunditatem intelligebat.* Calamat. Mar. Serm. 3. n. 7.

Non semel sed sæpius in calum raptavit Divinam essentiam; si enim id permissum fuit Paulo, & Moyse, non potuit tale privilegium negari Virgini. Calamat. Mar. Serm. 3. n. 8.

Facta est Magistra Apostolorum: ideo illi & nativitas Salvatoris & nativitas Præcursoris nuntiata est per Angelum, ut postea rerum tempus & ordinem optime noscentes tanto melius instrueret Evangelicos Scriptores. Calamat. Mar. Disc. 4. fol. 64. Javemem dubitantem in fide confortat, eumque in proficito Religiosis firmat. E. Maria 8.

99. *Hæreses omnes devincit.*

Sicut Virga Moyses in terram prosecta devoravit virgas Aegyptiorum; ita Maria missa in terram annihilat omnes hæreses. M. conc. 25. aff. 1. n. 3. *Ipsa conteret caput tuum: Caput serpentis infernalis sunt hæreses. C. Gen. fol. 85. col. 1.*

S. Bernardus de Maria ait: *Sola contrivit universam hereticam pravitatem.* Ac. Mart. que in eundem sensum orat Ecclesia, quod Maria cunctas hæreses interemerit in universo mundo. Qua ratione? Primo: quia peperit Incarnatum Veritatem; hoc enim partu cooperata est ad falsitatis interemptionem. Secundo: Dum se demonstravit veri Dei Matrem, refutavit Simonem Magum, qui pro Deo haberi voluit. Tertio, quia Virtute Altissimi obumbrata concepit, convicit Ebionem, & Cerinthum doctores, Christum fuisse natum ex carnali conjunctione Mariæ & Josephi. Quarto, quia in partu Virgo perman-

*S. Bern. ser. in Ps. 144.*



manſit, vicit Iovinianum, & Elvidium dicentes, Materiam & illibatam Virginitatem non eſſe compoſſibiles. Quinto, obſtude os impio Neſtorio dicenti, Mariam non fuiſſe Matrem Dei, Sexto, ſimiliter proſtravit impii Baſilidis dogma, dicens, Chriſtum non fuiſſe paſſum, ſed eius loco Simonem Cyrenenſem; nam illa addidit Filio in cruce morienti. Præterea Maria omnibus illis ſingulari adjuvento aſiuit, qui hæreſes oppugnavit, Sancto Cyrillo contra Neſtorium, Sancto Joanni Damasceno contra Iconoclaſtas, Sancto Iſdephoſo contra illius temporis hæreticos vires dedit &c. Calamar. Mar. Diſc. 5. fol. 80. & ſeq.

100. *Convertit Infideles.*

Statua Laudunenſis (Laon) in Gallia, non minoris fame, quam Lauretana in Italia, creditur ab Angelis elaborata & de celo allata ſiue tribus fratribus illis in Gallia ad redimendam terram ſancſtam profectis. Oſtendunt illam Hæmeric Sultanus Aegypti filia, quæ ſacri deſiderio accensa ex aula paterna proſiuit, & prima ſtatim nocte ex Aegypto in Galliam, ex urbe Cairo Laudunum uſque deſportata, & ibidem ſiſte Chriſtiana initiata eſt. H. 2. f. 125.

Fig. 8.

Ego Sapientia habito in coſſilio. Merito hæc verba tribuuntur Beatiſſimæ. 1. Quia illa præſertim Congregationibus ipſius honori erectis, ex quibus admirabilis in totam Eccleſiam redundat fructus. 2. Quia B. V. præſertim ſancſtis cogitationibus de vita emendanda, de inuenda via perfectionis, de obtinendo dono caſtſtatis, aliarumque virtutum. 3. Quia præſertim eruditis, per quos alios, alioſque convertit: Sic Gregorius Taumaturgum contra Arium, S. Cyrillum contra Neſtorium, S. Joannem Damascenum contra Leonem Iſaurum, S. Dominicum contra Albigenſes inſtituit, effectique, ut hæreſin per ſe, & per ſuos aboleret. C. in Prov. 3. v. 12. Item in Prov. 31. v. 14.

Fortitudo, & Martyrium B. V. ſub cruce.

101. *Quanti fuerint B. V. dolores ſub cruce.*

S. Joann. Damasc. l. 4. ar. 15.

Sanctus Joannes Damascenus ait: Dolores, quos eſſugit pariens, tempore paſſionis ſuſtinuit. S. punct. 28. fol. 694. Mater Tobia inconſolabiliter fleuit, putans filium periſſe. Jacob dolebat per-

ditum Joſephum, & Benjamin: quomodo Maria doleat de unigenito?

Mater Machabæorum; ait S. Auguſtinus, erat ſepties martyr, quia in ſingulariſſimis noviter periit: ergo Maria erat millies martyr, quia mille Filii comerta aſpexit &c. S. punct. 28. fol. 695. & 696.

Cur SS. Evangeliſta dolorem illius non deſcripſerunt? Reſpondetur, Pictor ille in ſacrificio Iphigenia Patris vultum velo obduxit, quia dolorem ſatis exprime- re non poterat: ita SS. Evangeliſta non poterant explicare dolorem Mariæ. S. punct. 28. fol. 698.

S. Bernardinus Senenſis ait: *Tantum fuit dolor Virginis, quod ſi in omnes creaturas divideretur, omnes ſubito interirent.* Calamar. Mar. Diſc. 4. fol. 64.

Beatiſſime Virgini ante mortem S. Archangelus Gabriel attulit ramum *Palme*: cur non roſam, aut lilium? quia palma illam decebat tanquam Reginam Martyrum, qui palmas in manibus geſtant. Plus paſſa eſt, quam quilibet alius Martyr. H. Serm. 1. fol. 10.

Sophronius apud S. Hieronymum ait: *Quia mente paſſa eſt, pluraquam martyr fuit: eius dilectio amplius fortis quam mors fuit, quia mortem Chriſti ſuam ſecit.* Et S. Iſdephoſus: *Plus quam Martyr fuit, inus gladio vulnerata, parata ſtetit, ſi non deſuiſſet manus percufforis.* C. Joann. 19. v. 25.

S. Bonaventura ita meditatur: *Seabat iuxta crucem &c.* Imo in cruce cum filio, ibi crucifixa eras ſecum: ipſe in corpore, tu in corde: ejus vulnera in corpore diſperſa ſunt, in tuo corde unita: ibi Domina lanceatum eſt cor tuum, ibi pennis coronatum, ibi illuſum, exprobratum, & contumeliis plenum, a cæto, & ſelle potatum &c. S. punct. 28. fol. 696.

Tanta fuit afflictio B. V. ſub cruce, ut ea inter præcipuas cauſas fuerit trititiæ Chriſti in hortu. C. in Matth. 26. v. 37.

S. Joannes Damascenus ait: *Virgo pariter dolores, quos eſſugit pariens, illos paſſionis tempore ſuſtinuit.* Et S. Anſelmus: *Quidquid crudelitatis inſtitum eſt corporibus Martyrum, leve fuit comparatione tue paſſionis, O Virgo.* C. in Matth. 27. verſ. 55.

B. V. dolores, quos paſſus eſt Dei Filius in corpore, ſuſtinuit in anima: Quantus autem hic fuerit dolor, deſumendum eſt. 1. Quia Filium plus dilexit, quam ſeſtam. adeoque maluiſſet ipſa crucifigi, quam Filium videre crucifixum. 2. Ex

tormentorum Chriſti atrocitate in omnibus membris: hæc enim omnia paſſa eſt B. V. per compaſſionem. 3. Ex perſona dignitate, indigniſſimum enim erat, Deum flagellari, & crucifigi. 4. Ex diuturnitate, quia Chriſtus paſſus eſt per totam vitam. 5. Ex ſolitudine, quia ſuit deſerticus ab amicis, ab Apollolis, & ab ipſo Deo. 6. Ex calumniis & blaſphemia. 7. Ex continuo intuitu filii patientis, & morientis. Unde merito dicitur Martyr, imo Regina Martyrum. C. in Luc. 2. v. 35.

Amor B. V. erga Dei Filium ſuit tantus, ut omnes homines ſimul junctos, & omnes Angelos antecederet. Pro menſura autem amoris eſt menſura doloris; quia, ut ait S. Auguſtinus, *Tantum necelle eſt urati dolor, quantum hæſerat amor.* Immenſa igitur fuit afflictio Virginis ex illo amore dimanans, ita ut dixerit S. Anſelmus: *Quidquid crudelitatis inſtitum eſt corporibus Martyrum, leve fuit, aut potius nihil eſt, in comparatione tue paſſionis &c.* Guil. Sta. T. 2. ſer. 6. ar. 4. c. 2.

S. Aug. lib. 21. de civ. 1. 16.

S. Anſel. lib. de Ex. 6. f. 15.

T. 2. ſer. 6. ar. 4. c. 2.

S. Ant. 4. p. Theſ. 15. c. 41. 9. 11.

S. Ambro. orat. de ob. Valen.

S. Joann. Damasc. l. 4. ar. 15.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

S. Anſel. de Trinit. 2. c. 17.

102. *Illius dolores non obrant perſeſſa conſormitati cum Deo.*

S. Antonius Paduanus cum S. Anſelmo ait: *Ut doloribus plena fuerit, ita tamen Divinæ conformis erat voluntati, ut ſi oportuiſſet, ipſa filium in cruce poſuiſſet; neque enim minoris fuit obedientiæ, quam Abraham.* S. punct. 28. fol. 698. Et C. in Matth. 27. v. 57.

S. Ambroſius inquit: *Scantem lego, ſilentem non lego: cur autem lacrymata non eſt? Regina illa apud Herodotum regii ſponſi necem lacrymata non eſt; cauſam rogata reſpoſit: non illicyrom, ne integrum ſemper dolorem immineam &c.* S. punct. 28. fol. 698. Et D. 5. 15.

Abraham laudatur, quia filium ſuum Deo immolare volebat: verum de Maria affirmat S. Antonius: *Ita Droine veritatem conſormis fuit, ut, ſi nullus fuiſſet reperitur, qui Filium crucifigeret, ipſa poſuiſſet eum in cruce.*

Poterat, ſi voluiſſet, recedere a cruce, ſed noluit: tenebatur enim triplici ſuſcepto alligata: Doloris, admirationis, & amoris: Doloris, quia anima tenus cum Filio cruci affixa fuit. Admirationis; quia tacita perpendebat, quis, qualis, quantuſque eſſet, qui pendebat in cruce! Amoris, quia unicuique illi erat Filius, formoſior cunctis, ſanctior univerſis! S. punct. 28. fol. 697.

103. *Jurat Filium in redimendo humano genere.*

Hæc verba Prov. 8. quadrant in Virgineam ſtantem ſub cruce: *Quando præparabat celos, aderam, id eſt quando juſtos creabat: Quando certa lege vallabat abyſſos. Id eſt, quando damoſos inferno concludebat: Quando appendebat fundamenta terre, id eſt quando Petri, & Apoſtolorum fidem ſolidabat: Quando liberabat fontes æquarum, id eſt, quando peccatoribus fontes lacrymarum dabat, cum eo eram cuncta componens.* Quando autem hæc omnia facta ſunt? ſub cruce, in cruce &c. S. punct. 32. fol. 737.

B. V. frequenter a SS. Patribus vocatur Redemptrix, Reſtauratrix; quia paſſa eſt ſub cruce, ſicut Filius in cruce pro ſalute humani generis: Arnoldus Carno- tenſis ait: *Tunc erat una Chriſti Marie voluntas, unumque pariter offerre ſolacium Deo: hæc in ſanguine cordis, ille in ſanguine carnis: unde communi cum illo in mundi ſalute uſum obtinuit.* Calam. Mar. Serm. 3. n. 17.

B. V. ſub cruce facta eſt omnium Mater: hinc illud: *Sub arbore malo ſuſcitavi te! ibi in doloribus peperit te Mater tua! ubi Rupertus: dolores ut parturientis ſuſtinuit, facta plane omnium noſtrum Mater.* S. punct. 32. fol. 738.

Propterea etiam merita eſt, ut prima omnium videret reſurrectionem Filii; nam B. V. poſt mortem Chriſti coronam ſpineam, clavos & veſtes ſanguine conſperſas ſemper ſecum habuit, & pie contemplata eſt, hinc prima vidit in veſtibus ſanguine guttas ſanguinis, quas Chriſtus iterum reſuſcitavit, iterum deſicere, ex eoque agnovit reſurrectionem Filii. M. conc. 44. ſ. 3. n. 6.

104. *Fuit Regina Martyrum.*

B. V. Pontifici Liberio, & Joanni Patrio Romæ per viſum apparuit, voluitque ut illa urbis parte, quam aras, non obſtante aſſivi ſolis calore, recenti nive conſperſam viderint, ſibi templum ædificarent. Altera die Mons Exquilium nivibus conſectus apparuit. Cur autem B. V. hunc montem ſuo honori elegit? Quia ibi permulti Martyrii conſeſſi ſunt, quorum etiam corpora ibi ſepulta ſunt, ut inter Martyres, quaſi Regina Martyrum in templo Martyrum habitaret. C. in Prov. 8. v. 3. Item in Luc. 2. v. 35. Item in Prov. 31. v. 10. Chriſtus fuit Rex Martyrum, Maria

Arnold. in ar. de vol. 15.

Car. 8.

Rupert. in illud: Mater tua pa- rit.



Regina Martyrum! Christi Sanguis semen Martyrum, qui sanguinem cum vita fuderunt: Lacrymæ Mariæ semen Martyrum, qui solam corde dolebant. Micchow. in Litan. B. V.

Cor Christi & Cor Mariæ erant sympathetice unita, & quasi unum cor: ergo malum, quod unum patiebatur, etiam afflicto alterum. Sicut Solis deliquit etiam Luna obscuratur; quia de mutato illius splendore refugiet: ita corde Christi patiente statim dolor ad cor Mariæ transibat. Sicut Christus, ita & B. V. tribus clavibus cruci affixa: primus clavus fuit viva & vehemens apprehensio omnium dolorum, quos Christus patiebatur. Alter clavus fuit ineffabilis amor erga Filium. Tertius fuit Materna ejus compassio. Micchow. in Litan. B. V.

Abraham mactaturus filium seipsum magnavit in Filio, ait Petrus Chryzologus: Ita Mariam seipsum immolavit in Filio. Micchow. in Litan. B. V. Tr. Regina Mart.

Humilitas B. V.

105. Amat *et* laudatur a Deo, *et* B. V.

**Q**uam pulchri sunt gressus tui. In pedibus superbia est; non venit mihi pes superbie, ideo Apostoli lavabantur in pedibus a Christo: Maria vero ab omni superbia aliena erat, ideo laudatur; quam pulchri sunt gressus tui. M. conc. 3. 2. 2. n. 1.

106. Ipsa Virgo de se dicit: *Arrogantiam et superbiam, et os bilingue detestor.* Sciebat humilitatem esse virtutem, quæ proprie Divinæ Majestati debetur; infinita enim illa celsitudo infinitam postulat creaturæ inclinacionem. Sciebat Filium Dei per humilitatem, quæ usque ad flagella & mortem se demittebat, mundum reparaturam &c. Sicut ergo Eva per superbiam abiecta, sic Maria exaltata est &c. C. Prov. 8. v. 13.

Humilitas ejus in actionibus omnibus eluxit. In vestitu erat B. V. humillima; quamvis enim de regio erat stemmate, tamen non nisi duplici toga usæ est, cujus interior a collo usque ad talos, exterior a capite usque ad genua per modum pallii desinebat, utraque ex lana erat confecta. B. Serm. 41. n. 16.

Purificationis legem subivit, quamvis non teneretur: *Non habes causam, nec tibi opus est purificatione,* ait Bernardus. M. conc. 3. 2. 2. n. 5. Paoletti in Festo Purificationis.

Sicut vestium pompam in se ipsa refugit; ita & in albis damnavit. B. Catha-

rina, S. Birgitta filia, Fratris sui Caroli uxori persuasit, ut humiliter vestitu uteretur. Cum autem ista momenti morem non gereret, aliquando in sacello Beatissimæ Virginis obdormiens, vidit, quod Dei Genitrix Catharinam blandite, se veroture inueneretur; quærens causam, audivit, id ea de causa fieri, quia Catharina non obtemperaret. E. Ornatu Vestium n. 3.

106. Exaltat Mariam ad sublimissimam eminentiam.

Cum mulieribus, *et* Maria Matre JESU: cur B. V. ultima ponitur, etiam post mulieres peccatrices? S. Bern. ait: *Merito facta est omnium Domina, quæ se omnium exhibebat ancillam.* M. conc. 3. 2. 2. n. 8. *Flores mei fructus honoris,* quia in lateribus domus abscondita, & ignota fructificavit. M. lb. n. 7.

*Gloriam præcedit humilitas.* Maria super choros Angelorum non fuisse adeo exaltata, nisi fuisse adeo humiliata: tripliciter autem gloriam præcedit humilitas: Merito, origine, & ordine. 1. Humilitas præcedit merito, hinc certe Beatissima potius voluisset carere gloria, quam in hac vita plus honoratur humilitas, quam in auctantia, quia a mundo jam plus celebrantur Francisci, Arsenii & alii, qui se in eremis occultaverunt, quam fastuosi. 2. Humilitas præcedit origine; quia propter humilitatem Maria fuit evedta ad tantam gloriam, hæc etiam virtus erat, quæ Filium Dei permovit, ut citius humanam carnem assumeret, ideo dixit Maria, *Respexit humilitatem Ancille sue* &c. 3. Humilitas præcedit ordine; quia gloria propter humilitatem datur: atque ideo Beatissima humiliavit se vili estimatione suis ipsius, omnia dona sua ascribendo largitori Deo: *Fecit mihi magna, qui potens est:* Humiliavit se contemptu sui, quia tantum oculos desigebat in vilitate sua, vocando se Ancillam: quæ Domina erat. Humiliavit se denique amando hunc ipsum contemptum; hinc Jerosolymam non intravit, dum ejus Filius per modum triumphantis fuit exceptus, sed tunc primum cum per modum malefici fuit captivatus. Item sepe se expoluit reprehensionibus, uti fuit illa, quod tibi & mihi est mulier & polthabuit se omnibus Apostolis &c. Segn. Manna 15. Aug.

B. V. merita est dignitatem Maternitatis Divinæ. 1. Per Humilitatem. 2. Per illibatam virginitatem. 3. Per arden-

tissimam caritatem, qua sollicita pro redemptione hominum & adventu Messie assiduas preces fudebat; *Invenisti,* exclamavit Bernardus, *quod querebas invenisti;* quod nemo ante te potuit invenire. C. Luc. 1. v. 20. Et iterum Bernardus: *Merito facta est omnium Domina, quæ se omnium exhibebat ancillam.* C. Luc. 1. v. 36.

S. Bern. superbia; in aliis. Apoc. 12. 10. mas.

107. Odit, *et* aversatur superbiam.

108. Arrogantiam *et* superbiam, *et* viam pravam, *et* os bilingue detestor, ait de se B. V. Nempe timore & amore Dei plena humilitatem, & humiles amat. Sciebat humilitatem proprie Divinæ Majestati deberi; infinita enim illa creatoris celsitudo, & Maestas infinitam postulat creaturæ humilitationem. Unde S. Augustinus: *Eva propter superbiam abiecta, Maria propter humilitatem electa: superbiam Deus despe-*

*xit, humilium respexit* &c. C. in Prov. 8. v. 12. Christus Dominus in amarissima Passione ab iniquis iudicibus & presertim a Pilato interrogatus, quis & unde es? Non respondit ei verbum; quia dignitatur eorum superbiam. Quæritur, cur ergo non in testimonium vocaret Beatissimam Dei Matrem, quæ in omnibus mysteriis passionis, & in ipso monte Calvarie semper præsens fuit? Nempe noluit hoc Providentia Dei admittere, ut humillima Dei Mater imitaretur humillimum Dei Filium, & nullum verbum colloqueretur superbis thrafonibus &c. Judicent jam, & responsum sibi ipsis forment multi, qui identidem querunt, cur a B. V. in suis necessitatibus non exaudiantur examinent suam conscientiam, & experientur, quod animum hoc vitio iniquitatum circumferant. Non vult, nec solet B. V. exaudire superbos! &c.

# LIBER QUARTUS DE ANGELIS, ET SANCTIS.

Pars Prima.  
DE SS. ANGELIS.  
SS. ANGELI.  
ANGELUS CUSTOS.  
Pars II.  
DE SANCTIS.  
SANCTI.  
HOMO JUSTUS.

SANCTORUM VIRTUTES.  
Humilitas Sanctorum.  
Castitas Sanctorum.  
Mansuetudo.  
Constantia.  
Poenitentia.  
SANCTI MARTYRES.  
Martyrium.  
SANCTI CÆLITES.  
Reliquia Sanctorum.

## PARS PRIMA DE SS. ANGELIS.

1. Sunt numero innumerabiles.  
Aniel describens numerum Angelorum, ait esse millia millium, & decies millies centena millia. S. Dionysius & S. Thomas dicunt, quod eorum numerus transcendat omnes res corporales. B. Serm. 53. n. 17.  
D. Claus. Specul. univers. Pars I.

Pro duodecim sagittis Apostolis petuisset Christus statim duodecim legiones de celo vocare. M. conc. 10. ass. 2. num. 10. 11.  
Miratus est orbis numerosum exercitum Xerxis, quo fluxus bibendo siccabat: nihilominus infinities plures fuit Angeli. Putant SS. Patres numerum hominum novagies novies ab Angelorum numero superari. Posito ergo, quod hactenus fuerint